

**www.e-rara.ch**

**Gasparis Schotti ... schola steganographica, in classes octo distributa,  
quibus, praeter alia multa, ... explicantur artificia nova ...**

**Schott, Kaspar**

**Norimbergae, 1680**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-12633>

Serenissimo principi ac domino, D. Ferdinando Maximiliano, marchioni Badensi et  
Hochbergensi [...].

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



*Serenissimo Principi ac Domino,*

**D. FERDINANDO  
MAXIMILIANO,**

**MARCHIONI BADENSI ET  
HOCHBERGENSI, LANDGRAVIO IN SAU-  
SENBURG, COMITI IN SPONHEIM ET EBER-  
STEIN, DOMINO IN RÖTELEN, BADEN-  
WEILER, LOHR, ET MALBERG, &c.**

*Principi ac Domino meo Clementissimo.*



**S**ERENISSIME PRINCEPS!  
Steganographiã, hoc est,  
occultè scribendi scientiã,  
fuisse ab omni ævo ob sub-  
tilitatem à Sapiantibus ex-  
cultam, ob utilitatē à Regibus ac Viris  
Principibus in pretio habitam, atq; in  
opus deductam, temporum ac populo-  
rum penè omnium docent historiã.

Omnium

DEDICATIO.

Omniū gentiū sapientissimi fuere  
Ægyptii, omniū Orientalium inge-  
niosissimi Chineses: Utrorumq; scri-  
bendi ratio, cū ipso ferè restaurati post  
universale Diluuium Mundi initio na-  
ta, Steganographica est; illorum qui-  
dem per animalium, plantarum, instru-  
mentorum variorum, rerumque simi-  
liū manifestas imagines; horum verò  
per earundem & aliarum rerum obscu-  
ros characteres. Ab his nō multum ab-  
ludit antiqua antiquissimorum apud  
Indos Gymnosophistarū, quos Brach-  
manes posterī dixerunt, ratio scriben-  
di, ut vetustissimæ in Pagodum monte  
etiamnum hodiè superstites ostendūt  
notæ. Hos omnes æmulati, vel potiùs  
rei iucūditate simul ac utilitate inducti  
nationum

DEDICATIO.

nationum aliarum Sapientes, varios excogitarunt occultè scribendi modos. Alii enim familiares in ministerio hujusce Artis bubones (ita loquitur Trithemius, magnus Steganographiæ Artifex) habuerunt philophotos, hoc est, lucis amatores, seu characteres apertos; alii Misophotos, hoc est, lucis osores, seu characteres occultos; alii utrosque in practicam vocârunt Artis. Rursum, alii notas Alphabeti communis litteras transposuere; alii barbarorum sub schemate proprios characteres sibi confinxere; alii ministerio litterarum usi fuere visibilium; alii characteres arbitrio suo invisibiles ad nutum formarunt; alii alia tentârunt.

)())

Nec

DEDICATIO.

Nec pauciora, nec minùs ingeniosa excogitârunt Mundi Monarchæ, Reges, ac Principes. Cajus Julius Cæsar, & Octavianus Augustus (quales Viri!) ut secretè ac tutò scriberent quod volebant, Alphabeti Romani litteras variâ mutaverunt transpositione, ponendo B pro A, C pro B, D pro C &c Pharamundus Francorum Rex potentissimus, ut securè nuntios destinaret per regnum, novas & proprias sibi litteras excogitavit, quas nemo sine ipsius institutione cognoscere posset. Clodius Crinitus Pharamundi filius, & Gallorû Rex, patrem imitatus nova ac sibi propria confinxit Alphabeta, & singulis Ducibus suis singula tradidit. Carolus  
nomi-

DEDICATIO.

nomine ac re Magnus, Gallorum itidem Rex, varios quoque modos invenit scribendi, & Alphabeta excogitavit diversa, quibus Præfectis regni singulis singulari modo communicavit arcana. Nortmanni cum Galliam infedisent, ut sua inter se arcana scriberent tuto, pro litteris Latinis Græcas supposuerunt numerales, quæ juxta ordinem numerandi Pelasgum nostras designarent Latinas: qui quidem scribendi modus, tametsi apertus, erat utique tutissimus, ut quem nec Græcus intelligebat, nec Latinus, nisi prius industriæ artem didicisset. Marcus Tullius, vel ut Dio scribit, Mecænas, notas excogitavit, quæ non litteras singulas,

DEDICATIO.

sed dictiones integras significarent: quas notastum alii, tum præcipuè Beatus Martyr Cyprianus postea in Christianorum usum ampliavit.

Omitto alios clandestinos scribendi modos ab aliis excogitados, & apud varios Principes ac Rerū publicarum Moderatores ut olim, ita nunc quoque vel maximè usitatos; ut per chartæ segmentum oblongum Scytalæ circumplectum; per litteras pugillaribus novis inscriptas; per characteres non conspicuos nisi aut aquis mergantur, aut igni exponantur, aut pulvere aspergantur: item per rete seu craticulam; per filum & bacillos tam litteratos, quàm illiteratos; per characteres baculo aut tabulæ  
bcl s 200 impres.

DEDICATIO.

impressos; aliosq; quamplurimos, quorum nonnullos alibi & hoc ipso in opere produco.

Illustrarunt hos, atque auxerunt, libri editis Viri doctissimi; superiori quidem sæculo Joannes Trithemius, Hieronymus Cardanus, Joannes Baptista Porta; hoc verò præter Blasium Vigenierium, Erycium Puteanum, Hermanum Hugonem, Athanasium Kircherum, & alios, GUSTAVUS SELENUS, hoc est, AUGUSTUS LUNEBURGICUS, Serenissimus Brunsvicensiū Dux, & omni literarū genere excultissimus Princeps.

Vides igitur, SERENISSIME PRINCEPS, quantam ipsi quoque Reges ac Principes curam adhibuerint ad novas Stega-

DEDICATIO.

nographiæ praxes vel ingenio proprio excogitandas, vel excogitatas alieno amplectēdas, atq; in usum deducendas. Regū ergo ac Principum studiū est Steganographia, utpote aut curâ Eorum, aut Eorundem bonô nata, ac propagata: neq; enim ullum, hodie præsertim, Regnorum, Principatum, Rerumque publicarū habenas moderari existimo, cui non peculiare suppetant praxes mentis arcana scripto tegendi, & absentibus sine secreti periculo manifestādi.

Horum è numero cūm sis, SERENISSIME PRINCEPS, meritò audaciæ, ne dicam temeritatis arguar, quòd hæc mea Tibi offerre, & non solum favorem illis Tuū implorare, sed iudicem quoq; eorundem

DEDICATIO.

rundem Te facere præsumam. Sed audaciam meam Tibi, O PRINCEPS, imputabis, & in mea culpa (si culpa est) Tibi ignosces. Tua illa humanitas, qua me non semel evocatum excepisti, Tuum erga litteras ac Litteratos studium, singularis illa in Philologicis, Phycis, ac Mathematicis Disciplinis, Architectura præsertim civili ac militari, Geographia, Astronomiaq; peritia, proluxi illi ac suavissimi de rebus iisdem eū doctis animi gratiâ haberi soliti discursus, Tua deniq; & toti SERENISSIMÆ DOMUI TUÆ communis, ac Orbi nota in Societatem nostram liberalitas, audacem me fecerunt. Confido igitur, PRINCEPS SERENISSIME, eâdem Te fronte, quâ

DEDICATIO.

quâ alia à me oblata Opuscula acceptasti, & hoc acceptaturum, eodemque ardore, quo illa eadem uno quasi Spiritu pervolutasti, perlecturum. Quod cum factum comperero, fructum me laboris mei non exiguum consecutum putabo. DEUS SERENITATEM TUAM Ecclesiæ, Imperio, Patriæ, ac Societati nostræ quàm diutissimè seruet incolumem. Vovebam Herbipoli die primo Anni M. DC. LXV.

SERENITATIS TUÆ

*æternum devotissimus*

GASPARUS SCHOTT,  
è Societate JESU.

INSI-